



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 10. Quænam est forma hujus Sacramenti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

De Sacram. Extr. Vnct. Cap. I. 223

valis, scilicet sanatio corporalis, non causatur ex materia naturali proprietate: & ideo oportet quoddam hac efficacia ei per sanctificationem detur.

Quaest. 9. Quænam est materia proxima huius Sacramenti?

Resp. Ipsamet unctio, ut patet ex his Divi Jacobi verbis, *Unctes cum oleo*. Et, ut ait Concilium Tridentinum; *Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus sancti gratiam, quæ invisibiliter anima egrotantis inungitur, representat.*

Concil. Trident. sess. 14.  
De Sacram.  
Extrem. Vnctio. cap. 1.

Quaest. 10. Quænam est forma huius Sacramenti?

Resp. Idem Concilium ibidem asserit: *Formam deinde esse illa verba: Per istam sanctam Vnctionem, &c.* Quibus utitur Presbyter in administratione huius Sacramenti.

Quaest. 11. In quibusnam corporis partibus fieri debent unctiones?

Resp. Ut dicitur in Rituali Romano. *Quinque verò corporis partes præcipue ungi debent quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os, & manus; attamen pedes etiam & renes ungi sunt; sed renium unctio in mulieribus, honestatis gratiâ, semper omittitur; atque etiam in viris, quando infirmus commodè moveri non potest. Sed si ve in mulieribus si ve in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet.*

Ritual. Roman. De Sacram. Extrem. Vnctione.

Quaest. 12. Quando ungi oculi, aut aliæ partes geminatae, sunt-ne proferenda verba formæ super qualibet sigillatim?

Resp. *Dum oculos, inquit Rituale Romanum, aures & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat ne altero*